

b. boni latitiae. Hic vide

v. 15.

j. propositionem. *Et laudavi ego latitiam*, ut unicum bonum temporale, & ad quod ipsa natura fecisse hominem, quoque voluisse laborem ejus solari videatur. v. 15. Non hoc agit, ut ostendat, quid maximè sequendum sit in vita; sed vitam ostendit ad eò vanam esse, ut in ea nullum majus bonum accidat, quàm quod ita vanum est, ne ipsa sapien-<sup>ti</sup>am quidem excepta.

ij. confirmationem, ductam

i. à sapientiae incommodis,

v. 16.

aa. labore &amp; debilitatione sine quiete. v. 16.

sine fructu, quia opus Dei nullo studio comprehendere potest. v. 17.

vers. 17.

bb. supervacuitate. Ea ostenditur ex

aa. communi directione Dei. Nam o- cap. IX.

*me hoc revocavi ad animum, & quidem ad distinguendum omne hoc; quòd* v. 1.  
*justi & sapientes & labores* (confer *maybadehem* Job. 34: 2.) *illorum sunt*  
*in manu Dei.* confer *prov.* 16: 1. *Matth.* 5: 36. *Justi opponuntur sapien-*  
*tibus, quia in aliis simplicitas, in aliis prudentia major est. Tam,*  
*inquit, justorum status ac opera à Deo dirigitur, atque sapientum;*  
*neque minùs hi ac illi directione ejus ac providentia indigent.*

bb. communi incertitudine in affe-

ctus inclinatione. *et amorem & odium non novit homo, hoc est, non ha-*  
*bet exploratum, quàm bene vel appetat vel aversetur quicquam, &*  
*quomodo id cum rationibus divinæ ordinationis conveniat: vel*  
*non moderatur ipse amorem & odium suum certâ & exploratâ sci-*  
*entiâ, Deo fingente omnium corda.* *ps.* 33: 15. *Quem sensum*  
*innuere videtur Junius, dum allegat Job. 39: 4. ubi sic verbum nosse*  
*pro moderari & providere accipit. Alioqui hic vertit: *re amata aut**  
*exosa non uti homines.* Nec ablu- dit ab ea mente d. Ludovici de Dieu  
 expositio, qui sic conjungit verba: *etiam amor & odium hominis*  
 est in manu Dei. Vide *Sixt. Amamæ p. m. Antibarbarum.* Quod  
 Vetus vertit: *Nescit homo, utrum amore an odio scil. Dei dignus sit.* si in rigo-  
 re accipias, falsum est: quia & justis & improbis sciunt, se amore non  
 esse dignos, & odio dignos. Si verò sic accipias, ut vult Bellarmi-  
 nus: *Hominem non posse amorem Dei vel odium cognoscere ex*  
*beneficiis, sc. externis, & eis, quæ accidunt: id verum est & pars Eu-*  
*angelii est, gratiam Dei ex statu externo æstimandam non esse*